



**M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV**

**Muret, Marc-Antoine**

**Antverpiæ, M. D. LXXXVI.**

Cap. 8. Veterum comicorum loci duo inter se collati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

eribus constet eandem illorum quoque his de rebus fuisse sententiam. Sed & antiquissimus poëtarum Homerus tecta quadam urbanitate significauit, quæcumque ipse de inferis cecinisset, talia esse, qualia interdum mulierculis & puerulis ad focum sedentibus aufallendi aut conciliandi somni gratia narrari solet. Facit enim Vlixem moneri à matre, ut quamprimum superos repeatat, quæq. apud inferos vidit, mente condita teneat, ut habeat quod vxori narrare possit.

Ἄλλα φίωσθε τάχισα λιλάσο. ταῦτα δὲ πάντα

ἴστη, οὐαὶ γὰρ μετόποδε τεῦ ἐπιπόδη γυναικί.

vitantium non aperte dicere videatur,

Πάντα χὴν τοιαῦτα λέγειν χειμῶνας εἰν ὄρη.  
sumus autem Homericarum virtutum imitator  
Virgilius aliam rationem commentus est, qua idem  
obscure ac symbolice indicaret. Nam cum duas, ex  
Homero hoc quoque, Somni portas fecisset, Cor-  
neam vnam, qua vera; Eburnam alteram, qua falsa  
insomnia mitterentur: Αἴρεσαν, spectatis illis infero-  
rum portentis, porta eburna egredientem facit, ut sa-  
gacibus lectoribus suspicandum relinqueret, talem  
esse totam illam τερρυλούταν, qualia somnia ex inferis  
eadem illa porta exire dixisset.

Veterum comicorum loci duo inter se collati.

#### CAPUT VIII.

FACETE expressit Plautus in Menæchmis Pe-  
niculi parasiti edacitatem, qui cum Cylindrum  
coquim, iussum tribus parare prandium, interrogan-  
tem fecisset, qui nam illi tres futuri essent, respondis-  
serique meretrix, se, & Menæcum, & parasitum  
eius, ita statim ratiocinantem inducit coquum :

iam isti sunt decem:

T 3

Nam

Muret  
Lectiones  
LIB  
Z 5

Nam parasitus octo munus hominum facile fungit.  
Videtur autem Eubulump veterem comicum insi-  
tus esse, qui Philocratem quendam in mensa habet  
pro duobus aut pro tribus esse dixerat. Sed Plau-  
stus solet, modum excessit. Eubuli versus his sunt ap-  
Athenaeum :

*Eἰσὶν δὲ ἡμῖν τέλος πεχαπιέων δύο  
Ἐπὶ δέπτου ἀμαχεῖ, φιλοκράτης γέ φιλοκέπτης.  
Ἐναὶ δὲ σκεῖνον ὄντα, δύο λογίζομαι,  
Μᾶλλον δὲ τρεῖς.*

sed Eubulus, ut mihi quidem videtur, urbanus, co-  
cūm duos dixisset, vnum Philocratem bis nominare  
ficerit. Nam insulsi profectò, & illepidi fuerunt  
apud Athenaeum in secundo horum versuum scripsi-  
runt, φιλοκέπτης γέ φιλοκράτης. corruperunt enim &  
banitatem dicti, & versus modum. Eodem autem  
sale conditum vetus quidam poëta distichon, quo cum  
quædam cauenda ac fugienda complexus esset, huius  
eis Laodicenses nominavit. Id distichon in Syne-  
epistolis legitur; sed non satis emendatè. Sic autem  
legendum videtur :

*Αστίδα, ορῦνον, ὄφιν καὶ λασίκας σείρας,  
Καὶ κυά λασίων, καὶ πάντα λασίκας.*

Radians pro sole. Emendatus apud Ciceronem  
veteris poëta versus.

#### CAPUT IX.

**R**ADIANTEM veteres poëtae Latini interde-  
sine villa adiectione vocabant solem. Et ita de  
nomine usus est Cicero in Arato :

*Hoc motu radiantis, Κεστία in vada ponti,  
neque enim dubium est, quin exprefserit illud An-*